



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 96. Tractatus Synodi cum Græcis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

quamur, rem ex altioribus nonnihil princi- **Sæcul. XV.**  
piis deducere aggredimur, sequentes vesti- **A.C. 1434.**  
gia Augustini Patricii Senensis Canonici,  
qui totum negotium memoriae proditum  
reliquit, & ingenti solertia, sincerissimo  
veritatis studio, necnon perspicuo ac flui-  
do sermone descripsit.

### §. XCVI.

#### *Tractatus Synodi cum Græcis.*

**I**taque præfatus Auctor testatur, jam Conc. genit.  
jam a Martino V Papa agi cæptum tom. 12. p.  
de unione Græcorum, ac mutuo utrin- 1527.  
que consensu stabilitum, ut Imperator, &  
Patriarcha Constantinopolitanus cum Pa-  
triarcha Armenorum, Imperatore Trape-  
zuntino, aliisque Prælatis ac Ecclesiæ  
Orientalis Principum Legatis ad genera-  
le Concilium intra Italiam fines celebra-  
dum venirent, Martino autem e vivis sub-  
lato, ejusmodi tractatum ab Eugenio ejus  
successore instauratum esse: Inde Pontifi-  
catus ejus initio Græcorum Legatos Ro-  
mam venisse, ac post multas disceptatio-  
nes tandem inter eos conventum, ut a  
Sede Apostolica Legati, unacum certo  
Doctorum numero in Orientem mitteren-  
tur, qui Orientales ad Concilium Constan-  
tinopolim vocarent, ibique Apostolicæ Se-  
dis nomine de unione tractarent. Inter-  
ea vero Græcos mentem mutasse, post-

K 2

quam

Sæcul. XV. quam a Basileensibus admonerentur,  
A. C. 1434. potius Legatos suos Basileam decernent, idque Græcos etiam fecisse, Joann Palæologo tum temporis summam Imprii apud Græcos moderante.

## §. XCVII.

*Græcorum Legati ad Synodum missi.*

Ceterum Eugenius Papa, cum adhuc Basileense Concilium dissolvetur, Legatum suum, qui de unitate Ecclesiæ ageret, Constantinopolitano quantocius mittere Græcis pollicitus est. Verum Basileenses Patres, qui unice quavis Pontificis consilia evertere conabantur, Eugenium præveniunt, & primi nomine Concilii ad eandem urbem suos discernunt Oratores, Imperatorem cum Patriarcha ad unionis negotium cum ipsi pertractandum invitatuos, eo quod ipsi in legitima Synodo congregati totam Ecclesiam Occidentalem repræsentarentur; quam tamen prærogativam Legati Pontificis Constantinopoli præseferre nequerent; insuper Græcis suggerunt, se soli plurimorum Principum, & præcipue Imperatoris Sigismundi potentia ac patrocinio suffultos esse, proin longe amplius auxilium ab ipsis sperandum, quam ab Eugenio.